



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1861

XLI. Die Gebrüder von Kerkow schenken der Pfarrei zu Malendorf für den
Pfarrer in Warte vier Hufen und mehre Netze für sonn- und festtägliche
Messen, am 18. Juni 1332.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55721](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55721)

XLI. Die Gebrüder von Kercow schenken der Pfarrei zu Malendorp für den Pfarrer in Wartie vier Hufen und mehre Neze für sonn- und festtägliche Messen, am 18. Juni 1332.

In nomine Domini, Amen. Quoniam, ut ait Apostolus, omnes ante Christi tribunal stabimus, redditori prout gessimus in corpore rationem, oportet, quod diem illam tremendam pietatis operibus prevenire, et ea nunc seminare in terris, que domino annuente mercamur metere tunc in celis. Nos igitur Petrus, Georgius et Thidericus fratres, dicti de Kercow, lucide profitemur harum testimonio litterarum, quod ob divini cultus augmentum salutemque omnium nostrorum progenitorum animarum et nostrarum libero et unanimi consensu dedimus et apposimus doti ecclesie in Malendorp quatuor mansos cum omni libertate, commodo atque fructu, cum pascuis, gramini-bus atque lignis, cum participacione quoad omnes fructus secundum numerum dictorum quatuor mansorum, prout incole ville dicte secundum numerum suorum mansorum hiis fruuntur, per dominum Johannem, nunc in Wartie plebanum et suos in posterum successores absque ulla contradictione ad infestacione tempore perpetuo possidendos, Hiis eciam sic ad dictos quatuor mansos spectantibus utendis et deportandis in loca dicto domino Johanni suisque successoribus expedientia et placentia omni inpedimenti genere proculmoto. Insuper apposimus dicte doti unum spaciun in stagno nostro Cuftryn, quod vulgariter eyn were dicitur ad ponendos gurgites qui rufen dicuntur, et quatuor iactalia recia et unum rete, quod dicitur eyn stokenette, faventes et permittentes, ut dictus nunc in Wartie plebanus et sui in posterum successores, cuicumque placuerit, pro suo commodo officienda hec committant. Hec omnia atque singula dedimus et presentibus damus omni iure, quo supra, atque omni ecclesiastica libertate sine omni eciam nostrorum in posterum heredum aut successorum contradictione perpetue duratura. Pro hiis omnibus nomine elemosinarum sic apposis dictus plebanus in Wartie et sui successores per se vel per alium sacerdotem in sepedicta ecclesia Malendorp missas celebret omnibus sextis feriis diebus atque dominicis et festivis. In huius testimonium sigilla nostra presentibus iussimus apponenda. Testes dominus Petrus, prepositus sanctimonialium in Boyceneborch, dominus Gherke de Irkeffleve miles, aliique quam plurimi fide digni. Datum et actum Anno Domini MCCCXXXII in die corporis Christi.

XLII. Albert, Herr von Mecklenburg, Stargard und Rostock, bestätigt den Verkauf des Dorfes Rosenow und mehrerer Seen an das Kloster Marienpforte für 250 Mark Silber, am 25. April 1333.

Nos Albertus, dei gracia Magnopolensis, Stargardie et Rostok dominus, presencium tenore publice recognoscimus protestando, quod in nostra constituti presentia Copko, Conradus et filii Ghevehardi dicti de Valkenberghe, ac Otto de Wothenowe, nostri fideles, de nostro, heredum ipsorum ac omnium aliorum, quorum interest, aut interesse poterit, beneplacito et consensu vendiderunt, dimiserunt et animo deliberato resignaverunt viro discreto, preposito san-